



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 100. Sigismundi Chisii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. structos super vita & moribus Servi
A. C. 1678. Dei, & si aliquid repperint in contra-
 rium, quod ipsis videatur relevans,
 supersedeant in ulteriore inquisitione,
 donec S. Congregatio, quid agendum,
 præscripserit. Declaravit quoque S.
 Rotæ Congregatio die prima Julii, quod
 approbatus ad confessionem ab alieno
 Ordinario, nequeat Confessiones exci-
 pere in propria civitate.

§. C.

Sigismundi Chisii Cardinalis obitus.

Old. cont.
Ciac. in vita
Clem. IX.
pag. 787.
Eggs Purp.
doct. p. 497.

Vitæ suæ exitialem hunc annum ha-
 buit Sigismundus Chisius patria
 Senensis, qui decennis adhuc a Patruo
 suo Cardinale Flavio Chisio Romano
 evocatus, atque optimarum artium
 apparatu instructus, subcivis horis
 vitæ & eruditionis haustæ rationem
 eidem quotidie reddere cogeatur: Po-
 sito hoc tyrocinnio in Ordinem Hiero-
 solymitanæ militiæ adscriptus, tenue
 quidem pro tantæ fortunæ fastigio be-
 neficium recepit ab Alexandro VII.
 Pontifice, nunquam tamen Purpuram
 ab eo obtinere potuit; hic enim Pon-
 tifex suos sibi sanguine junctos verius
 diligebat, quam ditabat: Eo autem
 mortuo a Clemente IX. Cardinalium
 Collegio adscriptus, ob raram doctri-
 nam,

nam, virtutem, dignamque sene pru- Sæc. XVII.
 dentiam pluribus Patrum cætibus an- A.C. 1678.
 numeratus est, totumque tempus, quod
 publicis ejusmodi officiis supererat,
 Sacrarum literarum Studiis, præser-
 tim Historiæ Ecclesiasticæ, sanctorum-
 que Patrum evolvendis lucubrationibus
 impendit. Denique in omni congressu,
 alloquio & actione tam prudenter, so-
 brie, ac laudabiliter se gessit, ut con-
 stans in ore omnium sermo esset, Si-
 gismundum Cardinalatus honorem for-
 tunæ beneficio, vim vero & virtutem
 propriis meritis debere. Pari etiam
 justitiæ ac integritatis laude Ferrarien-
 sis Legati dignitatem sustinuit, ac trien-
 nio post Romam reversus, gravissimis-
 que Ecclesiæ negotiis admotus, con-
 tracto ex nimia intensione morbo vige-
 simo nono ætatis suæ anno die tertia
 Aprilis beato fine decessit, mitiore fato,
 ac longiore vita dignissimus.

§. CI.

*Bonacursius Bonacursi Cardinalis
 mortuus.*

Hujus Cardinalis fatum præcefferat *Ciacon. in*
 Bonacursius Bonacursi Nobilis Pi- *vita Cle. IX.*
 census, qui sub domesticis Rectoribus
 humaniores literas uberrimo profectu
 didicit; cum autem scholarum fre-
 quen-